



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

Quòd in veritate & hulimitate coram Deo conuersandum est. IV

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-45790)

stimabili, pro summo honore & gloria interminabili, vel ad modicum fatigari pigritatur. Erubet ergo serue piger & querulus, quod illi paratiores inueniuntur ad perditionem, quam tu ad vitam. Gaudent illi amplius ad vanitatem, quam tu ad veritatem. Evidem a spe sua nonnunquam frustrantur, sed promissio mea Roman. I. neminem fallit, nec confidentem mihi dimittit inanem. Quod Matt. 24. promisi, dabo; quod dixi, implebo; si tamen usque in finem fidelis Apoc. 2. in dilectione mea quis permanserit. Ego remunerator sum omnium bonorum, & fortis probator omnium deuotorum. Matt. 5. & 25.

4. Scribe verba mea in corde tuo, & pertracta diligenter, erunt enim in tempore temptationis valde necessaria. Quod non intelligis cum legis, cognosces in die visitationis. Dupliciter soleo electos meos visitare, temptatione scilicet & consolatione. Et duas lectiones eis quotidie lego, unam increpando eorum vitia, alteram exhortando ad virtutum incrementa. Qui habet verba mea, & spernit ea, habet qui iudicet eum in nouissimo die.

*Oratio ad implorandam devotionis gratiam.*

5. Domine Deus meus, omnia bona mea tu es. Et quis ego sum, ut audeam ad te loqui? Ego sum pauperrimus seruus tuus & abiectus vermiculus; multo pauperior & contemptibilior quam scio & dicere audeo. Memento tamē Domine, quia nil sum, nihil habeo, nihilque valeo. Tu solus bonus, iustus, & sanctus; tu omnia potes, omnia præstas, omnia imples, solum peccatorem inanem relinquens. Reminiscere miserationum tuarum, & imple cor meum gratia tua, qui non vis esse vacua opera tua.

6. Quomodo possum me tolerare in hac misera vita, nisi me confortaueris misericordia & gratia tua? Noli auertere faciem tuam a me; noli visitationem tuam prolongare; noli consolacionem tuā abstrahere, ne fiat anima mea sicut terra sine aqua tibi. Psalm. 68. Psalm. 142. Domine doce me facere voluntatem tuam, doce me coram te dignè & humiliter conuersari: quia sapientia mea tu es, qui in veritate me cognoscis, & cognouisti antequam fieret mundus, & antequam natus essem in mundo.

C A P V T IV<sup>1</sup>

*Quod in veritate & humilitate coram Deo conuersandum est.*

1. **F**ILI ambula coram me in veritate, & in simplicitate cordis Gene. 17. tui quære me semper. Qui ambulat coram me in veritate, Sapient. 1. tu tabitur ab inserviis malis, & veritas liberabit eū à seductoribus Iohann. 8. &

366 DE IMITATIONE CHRISTI  
& detractionibus iniquorum. Si veritas te liberauerit, verè libe-  
ris, & non curabis de vanis hominum verbis. Domine verum  
est, sicut dicas; ita (quæso) meū fiat. Veritas tua me doceat, ipsa  
me custodiat, & usque ad salutarem finem conseruet. Ipsa me li-  
beret ab omni affectione mala & inordinata dilectione, & ambo-  
labo tecum in magna cordis libertate.

2. Ego te docebo (ait veritas) quæ recta sunt, & placita cora  
me. Cogita peccata tua cum displicentia magna & moerore, &  
nunquam reputes te aliquid esse propter opera bona. Reuera pec-  
cator es, & multis passionibus obnoxius & implicatus. Ex te sem-  
per ad nihil tendis, citò laberis, citò vinceris, citò turbaris, citò  
dissoluēris. Non habes quicquam, unde possis gloriari; sed multi,  
vnde te debeas vilificare: quia multo infirmior es, quam vali-  
comprehendere.

3. Nil ergo magnum tibi videatur ex omnibus, quæ agis. Nil  
grande, nil pretiosum & admirabile, nil reputatione appareardi-  
gnum; nil altum, nihil verè laudabile & desiderabile, nisi quod  
externū est. Placeat tibi super omnia æterna veritas, displicenti-  
bi semper tua maxima vilitas. Nil sic timeas, sic vituperes & fu-  
gias, sicut vitia & peccata tua; quæ magis displicere debet, quam  
quilibet rerum damna. Quidam non sincere coram me ambu-  
lant, sed quadam curiositate & arrogantia ducti, volunt secreta  
mea scire & alta Dei intelligere, se & suam salutem negligentes.  
Hi sape in magnas tentationes & peccata, propter suam super-  
biā & curiositatem, me eis aduersante labuntur.

4. Time iudicia Dei, expauesce iram omnipotentis. Noli au-  
tem discutere opera altissimi, sed tuas iniquitates perscrutare, in  
quantis deliquisti, & quam multa bona neglexisti. Quidam so-  
lum portant suam deuotionem in libris, quidam in imaginibus,  
quidam autem in signis exterioribus & figuris. Quidam habent  
me in ore, sed modicum est in corde: Sunt alij, qui intellectu il-  
luminati & affectu purgati, ad æterna semper anhelant, de terre-  
nis grauiter audiunt, necessitatibus naturæ dolenter inserviunt;  
& hi sentiunt, quid spiritus veritatis loquitur in eis: quia docet  
eos terrena desplicere & amare coelestia: mundum negligere, &  
cælum tota die ac nocte desiderare.

## C A P V T . V.

De mirabili effectu divini amoris.

z. Cor. 1. 1. Benedico te Pater cœlestis, Pater Domini mei Iesu Christi,  
quia mei pauperis dignatus es recordari. O Pater miseri-  
cordiarū & Deus totius cōsolationis, gratias tibi, qui me indignū  
om-

z. Cor. 4.

Ecccl. 3. &  
2. Cor. 3.

Isaie 29.  
Psalms. 24.

Psalms. 1.